ti dñica ſi neceſſe eſt repetimus Quu-
dam ī hac ebdomada officiū de ſcā
trinitate cantāt quod romani nō re-
cipiūt Albinus namq; magiſter Ka-
roli rogatu bonefacii archiepī iſti-
tuit miſſam de ſcā trinitate ī dñica
die. Feria ſcdā de ſapientia Feria ter-
tia de ſpū ſcō Feria qrta de karita-
te Feria qūta de angelis Feria ſex-
de ſcā cruce Sabbō de ſcā maria In
qrta ebdā ſeptembris & ī qrta de-
cembris erit celebratio quatuor tpm
et ad omīs orōnes ī ſabbō flecta-
mus genua dr niſi ubi lectio danielis
legit' ſimū ad priorē tantū orō dicit'.

de libris autenticis

Hiis libri ſūt autentici
Et tm ſūt ī diuinis officiis lege-
di. In lxx uſq; ī paſſionē dñi legat'
penthatheucus quē ſcpſit moyſes.
et liber ioſue quē ipſemet ſcpſit &
liber iudicū et ruth quos gedeon et
ſamuel ſcpſerūt A paſſione dñi uſq;
in cena dñi legat' iheremyas pꝛpheta
quē ipſe ſcpſit Tribȝ diebus ante
paſcha legant' lamētationes eiuſdē
Ab oct' paſche p tres ebdomadas
legat' apocalipſis quā ſcpſit iohēs
apſtus Deinde p duas ſeptimanas
legant' canonice eplē quas ſcpſe-
rūt Jacobus petrus iohēs iudas
apli Ab aſcenſione dñi uſq; penthe-
coſten legant' actus aploꝝ quos
ſcpſit lucas euangeliſta Ab oct'
penthecoſten uſq; ī kalendas augu-
ſti legant' libri regū. quoꝝ pmū ſa-
muel. ſcdm natan tciū et qrtū ihe-
remias. et duo libri paralypominō
quos ſapientes ſinagoge ſcpſerūt.
A kl' auguſti uſq; ī ſeptembrē legāt'
pabole ſalemonis et eccleſiaſten &
cantica canticoꝝ & ſapientie libri

~~regū paralypom~~ quos omīs ſalemō
ſcpſit et eccleſiaſticus quē iheſus
filius ſyrach cōpoſuit A kl' ſeptēb
p duas ſeptimanas legat' liber iob
quē ipſe met ſcpſit Deinde p unam
ebdomadā lib' thobie quē ipſe ſcpſit
Deinde p unā ebdomadā legat' lib'
iudith quē ipſa ut actor ſcpſit De-
inde p unā legat' lib' heſt' quē mar-
docheus cōpoſuit Sed potius ab
heſdra ſcptus credit' qui aſſueri re-
gis et heſt' pincerna fuit Et ipſius
heſdre lib' recitat' quē ipſe met edi-
diſſe nō ignorat' A kl' octobris uſq;
ad kl' nouemb' legant' libri macha-
beoꝝ quoꝝ priorē ſymon pontifex
ultimā parte eius iohēs eius filius ſcp-
ſiſſe tradit' poſteriorē quidā iudeus
a grecis eruditus edidiſſe cognoſ-
cit' A kl' noueb' uſq; ī kl' decembris
legant' Ezechiel & daniel & xij pphe
minores qui a ſenioribȝ ſynagoge
ſcpti dicūt' ſed melius ab ipſis edi-
ti credūt' Ab aduentu dñi uſq; in
natiuitatem eius yſaias legat' quē
ipſe ſcpſiſſe nō dubitat' Poſt oct'
epyphī legant' eplē pauli uſq; in
lxxmā Has ipſe omīs ſcpſit ſed lucas
euāgeliſta ad hebreos hebraicē cō-
poſita in grecū tranſtulit

Sed iam tempus eſt nos calamū
depone & aliquātulū uires for-
ſitan ad aliud iterū reſumē. Vos at
frēs deo dilecti quoꝝ iuſſu honus
ſubiui quoꝝ qz oramine nūc depoſui
queſo ut urē deuote preces apud
deū optineant. quatinus ex hoc tan-
tillo iacto ſemīe uberes ſegetes dō
incremento dante ſurgant et omīs
ī eo laborantes copioſū fructū metāt

Ecce filie ihrlm quas delicias
uobis pparaui quibȝ gēmis uos
ornaui de theſauro ſpc ſci noua et

uerum ꝑtuli insignia ornamenta preciosis lapidibus uernantia uobis contuli. In fini sicut ego hermionis monile abdicate letales elysse exuuias refutate. Ipsis potius ornamentis uos condecorate. Ipsis sponso uestro pre filiis hominum forma speciosi ardentibus lampadibus obuiate quatinus in die leticie mereamini cum eo prandere et illum in dyademate glorie sue cernere. Compositori quoque uestro manum orationum uobiscum protendendi prebete imitatori uestro ut ultimum locum in gloria uos uidendi optinere ut cum ianua tardantibus obclauditur ipse uestris nuptiis inter esse mereatur amen

Pusilli gregis xpi ducti uerbo et exemplo ad pascua uite premio in loco pascue ubi nichil deerit a bono pastore locati cum ouibus pectus. Tota modernitate totius humani regiminis duabus uidetur personis regali scilicet et sacerdotali inniti. ueluti machina uniuersitatis duabus columpnis fulciri iniungis michi sermone et sciencia imperito pusillo ouilis xpi ductor stilo depromere utrum ecclesie persone pares sint in collato principatus apice an altera alteri in dignitate sit preferenda et altera ab altera iure sit constituenda quod sicut magne dementie est in ualidis humeris uelle subire. ita uidetur scelus ydolatrie tibi in iure xpi imperanti nolle obedire. Sed tolerabilius estimo ob beniuolentie sudore me premi iudicio imperatorum ut inuidorum quam in obedientie torpore subrui censura studiosorum ut xpo deuotorum. Cum ergo plerique nomen sciencie sibi usurpant nescientes de quibus loquuntur ut asserant atque imperita sciencia apud indoctas uulgi aures inflant seque fautores secularium potestatum iactant gloriantur quatinus horum impudencia reprimatur. hic libellus ad honorem ueri regis et sacerdotis ihesu xpi editur. Et quia de regno et sacerdotio eius est materia sit nomen eius Summa gloria

Summa gloria.

Cum uniuersitas fidelium in clerum et populum distribuatur et clerus quidem speculatiue populus negatiue uite asscribatur et sepe hic per spiritualis hic uero secularis nominetur et ista sacerdotali illa autem regali uirga gubernetur solet plerumque apud plerosque queri utrum sacerdotium regno an regnum sacerdotio iure debeat in dignitate. Ad quod quidem possem breuiter respondere quod sicut spirituale prefertur seculari ut clerus precellit populum ordine sic sacerdotium transcenderet regnum dignitate. Sed imperitis ac seculari tantum sciencia obcecatis nichil tamen uidetur nisi plurimis scripturarum testimoniis roboretur. Unde ut questio enucleatius discutiatur radix soluendi nexus ab origine mundi diligenter inspiciatur.

pfre

Primus adam terrenus de munda terra creatus formam secundi adam celestis gessit qui carnem de munda uirgine suscepit. Adam de coniuge sua duos filios genuit quia xpc de sponsa ecclesia clerum et populum gignere disposuit. Utrumque cum filius utrumque ordinem in suo officio pretulit. Abel namque qui pastor ouium fuit expressit sacerdotium in quo pastorum cura uigilat quatinus oues xpi a rapidis lupis heretice prauitatis custodiat. Qui agnum sacrificauit quia uerum patris agnum qui peccata mundi tollentem presignauit. Cuius sacrificium deus acceptasse legitur quia sacerdotium ei a patre iniunctum creditur. Cum

adam figura xpi